



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Imitatione Christi**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiae, 1607**

Quòd omnia grauia, pro æterna vita sunt toleranda. 47

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48701](#)

S \* Domine Deus, iudex iustè, fortis Seruus.  
 & patiens, qui hominum nosti fragili-  
 tatem & prauitatē, esto robur meum,  
 & tota fiducia mea, non enim mihi  
 sufficit conscientia mea. Tu nosti, quod  
 ego non noui: & ideo in omni repre-  
 hensione humiliare me debui, & man-  
 suetè sustinere. Ignosce quoque mihi  
 propitius, quotiens sic non egi, & dona  
 iterūm gratiam amplioris sufferentiae.  
 Melior est enim mihi tua copiosa mi-  
 sericordia, ad consequitionem indul-  
 gentiae: quam mea opinata iustitia, pro  
 defensione latentis conscientiae. Et si 1. Cor. 4  
 nihil mihi conscius sum, tamen in hoc  
 iustificare me non possum: quia remo-  
 ta misericordia tua, non iustificabitur  
 in conspectu tuo omnis viuens.

Ps. 142.

## C A P. XLVII.

*Quod omnia grauiæ, pro æterna vita sunt  
 tolerandi.*

Fili, † non te frangat labores, quos Domi-  
 nus. Assumpsisti propter me, nec tri-  
 bulationes te deiiciant usquequaque;  
 sed mea promissio, in omni euentu te  
 roboret & consoletur. Ego sufficiens  
 K 3 sum,

sum , ad reddendum supra omnem modum & mensuram . Non diu h̄ic laborabis , nec semper grauaberis doloribus . Exspecta paulisper , & vibebis celerem finem malorum . Veniet vna hora , quando cessabit omnis labor & tumultus . Modicum est & breue , omne quod transit cum tempore .

*Mat. 20.* 2 Age , quod agis : fideliter labora in vinea mea , ego ero merces tua . Scribe , lege , canta , gemitate , ora , sustine viriliter contraria : digna est his omnibus , & maioribus præliis , vita æterna . Veniet pax in die vna , quæ nota est Domino ; & erit , non dies neq; nox huius scilicet temporis , sed lux perpetua , claritas infinita , pax firma , & requies se-

*Rom. 7.* cura . Non dices tunc : *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Nec clavis mabis : *Hei mihi , quia incolatus meus prolongatus est : quoniam præcipitabitur mors , & salus erit indefectiva;* anxietas nulla , iucunditas beata , societas dulcis & decora .

*Sap. 3.* 3 O si vidisses Sanctorū in cælo coronas perpetuas , quanta quoque nunc exultant gloria , (qui huic mundo olim contempribiles , & quasi vita ipsa in-

*¶ 5.*

digni

digni putabantur ) profectò te statim  
humiliares vsque ad terram , & affe-  
ctares potius omnibus subesse , quām  
vni præesse : nec huius vitæ latos dies  
concupisceres , sed magis pro Deo tri-  
bulari gauderes : & pro nihilo inter  
homines computari , maximum lu-  
crum duceres.

4 O si tibi hæc saperent , & profun-  
dè ad cor transirent , quomodo auderes  
vel semel conqueri ? Nōnne pro vita  
æterna , cuncta laboriosa sunt toleran-  
da ? Non est paruum quid , perdere aut  
lucrari regnum Dei . Leua igitur faciem  
tuam in cælum . Ecce ego , & omnes  
Sancti mei mecum , qui in hoc sèculo  
magnum habuere certamen , modò  
gaudent , modò consolantur , modò se-  
curi sunt , modò requiescent , & sine  
fine mecum in regno patris mei per-  
manebunt .

## C A P . X L V I I I .

*De die æternitatis , & huius vita  
angustiis .*

I O Supernæ \* ciuitatis māsio bea- Seruus.  
tissima : O dies æternitatis cla-  
tissima : quam nox non obscurat , sed Apoc. 21

K 4 summ2